



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Demetrivs Mart. 26. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

rum consilio versus cubiculum adornat, & omnibus deliciis instruit; addit mulierculas omni mundo muliebri præter verecundiam superbas. Inter has collocatus CHRYSANTHVS tunc demum in carcere esse se credidit & ingemuit. Quid faceret? dypeum nempe (oculum clausum) objecit. Sed & celum somno lenarū oculos obruit tam profundo, ut castitati facile esset dormientium manus evadere. At ecce novum duellum: DARIÆ virginis & formæ & literis cultissimæ committitur. Pergit tandem ille victoriis victorias accumulare, & sponsum expertenti promittit hunc, sed Christum. In has leges & pax & nuptiæ promittuntur: quæ ut festiviore apparatu fierent, plurimos ille virgines ad castitatis amorem traxit. Enimvero hic demum furere Venus, & vincere toties tela sua indignata, tyrannum amare, jamque CHRYSANTHVM in carceres, DAMAM in lustrum trahere. Sed illum contra tormenta lux celo allapsa, istam contra leones leo defendit. Ultimo vivi terrâ obruti castissimi conjuges, primum thalamum, tumulum habuerunt. At olim degener Roma non castitatem, sed impudicitiam sic tumulabas. Ex Metaphr.

Fluxa & seductoria immundi hujus mundi blandimenta despicere: minas ejus animi fortitudine supera: surgentia carnis incendia reprinse: mentem virtutibus dilata: corporis frigus de corda depelle, & ad superne beatitudinis gaudium flammato desiderio suspira. S. Pet. Dam. serm. 5.

## S. DEMETRIVS MART. 26. Octobris.

N Atale solum DEMETRIO dedit Thessalonica, parcates nobilitatem, literarum studia laude,

ac

et militia devique totius Græciae imperium Christus illi semper in ore, hujus præco ipse Proconsul non dubitavit esse; quo factum, ut passim ubique superstitionem in provinciâ suâ expugnarit. Debebat illi ob rem tam benè gestas triumphus. Sed hunc ille scilicet in carcere duxit. Corona ut non decesset sic triumphanti, hanc è cælo Angelus attulit. At ille non unâ contentus, sed plures sperare ausus, certamini suo alios præmisit. Et forte ludos dabat Maximianus more suo cruentos. Lyæus statuâ & robore monstrum solus in quovis pugnabat, numquam, numquam non vicit. In hunc DEMETRIVS immittit Nestorem adolescentulum viribus longè inferiorem, cætera cruce frontem & pectus probè armatū. Hic portentosum gladiatore in arenâ porrexit. Sed per hujus latus Imperator se faucium sensit. Itaque in Nestorem gladio, in DEMETRIVM lanceis sœvit; sed non ita, quod in postmortem in ore omnium viveret. Nam chlamys Martyris sanguine tincta ægros contra omnes morbos armavit, & Lopus DEMETRII servulus cum andrea suum cruento domini, hoc est, gemmâ ornatus, compluribus deinde sanitatem eo impertit, dum vitam pulchrâ pro Christo morta etiam ipse obsignavit. Ex Surio.

Habes arma, ô homo quibus adversus hostes tuos utaris: que si ad salutem tibi data sp̄reveris, vietus in die Iudicii quomodo te excuses, non habebis. si adversus te corporis cupiditatem dæmon incitārit, temperantie thoracem induito; si te lascivia sagittis pertierit, sume galeam castitatis. S. Ephrem de Ling. morb.

S.FVL.